



Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

Quaestio nona, De resurrectione mortuorum

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

diem, & vesperam, ac matutinum tempus sine Sole fuisse, & Luna, & stellis? Cui & illud potest ad- A
jungi, quod libr. 6. contr. Cels. legitur, falli eos, qui vera dierum sex spatia Moysem in
mundi narranda creatione significante putant: quoque se in suis ad Genesim Commen-
Philo libr. 1. Allegor.
tariis refellisse ait. In quo Philonem secutus est, cuius hæc verba sunt: *δύναται τοῦ οὐρανοῦ νόμος εἶναι τὸ μέσον τῶν πάντων τοῦ οὐρανοῦ*. Nempe hæc tropice intelligenda, explicandaque
censebat Origenes, ut alia pleraque, in quibus allegorico sensu nimirum tribuens, nati-
vum & literalē subvertet. Qui quoniam error suum sibi postulat examen, verbum
non addam.

QVÆSTIONE NOXIA.

B

DE RESVRRECTIONE MORTVORVM.

- I. Status questionis proponitur. II. Doctrina Origenis de resurrectione enucleatur.
- III. Vtrum resurrectionem absolute sustulerit. IV. Hoc criminè purgatur. V. Vtrum corporis resurrectionem admiserit, carnis inficiatus sit.
- VI. In eo etiam bestiat, & multorum preterea assensu gaudet.
- VII. Vtrum & quomodo corpora in resurrectione mutatum iri existimaverit.
- VIII. Hic quoque Patrum aliquot confessione se tuetur.
- IX. An corpora in resurrectione sphaerica futura autuma-verit.
- X. Vtrum impios affirmaverit neutiquam in vitam reddituros.
- XI. Vnde suam de resurrectione doctrinam hauserit, aperitur.
- XII. Nonnulla ad eius excusationem præter superiora colliguntur.
- XIII. Quo sensu dixerit peccatorum caussam ad corpus referri.

I. **T**RANS EAMVS hinc ad famosissimam de resurrectione carnis & corporis questionem.
Hier. Epist. 61 ad Pdm. cap. 7.
Licer enim uti verbis Hieronymi, hoc argumentum adversus Origenem perfec-
quenter. Cohæret autem illa quoque cum superioribus, nam statu animalium
ante hanc vitam exquisito, ipsarum quoque futura post hanc vitam fors exploranda est:
nimirum solasne ac solitarias, an conjunctas corporibus quibus convixerunt postremum D
subiuras iudicium, si demque deinceps adhæsus autumaverit. Ac magnum profecto
haberemus ad questionis illius tractationem compendium, si huius argumenti & tituli li-
bris ab eo conscriptis temporis diuturnitas pepercisset; & quacunque in iis olim fuerunt
reprehensa. Veterum monumenta præ se ferrent: de se quippe ipse narrat libr. 3. *απομνημ.,*
cap. 10. publicatis suis De resurrectione lucubrationibus, offensos quodam in Ecclesiastica fide,
qua velut fulle, & penitus insipienter de resurrectione crederet, precipue hereticos. Multum quoque
prodecent ad hujus argumenti illustrationem Hammonis Hadrianopolite libri adversus
Origenem super ea questione scripti, si vel superefflent illi, vel tantumdem certe ex iis
depromtum pervenisset ad nos, quantum è Methodij opere ejusdem instituti Epiphanius
& Photius excerptum servarunt. Verum vetustam consumitis his commentationibus, hac
ope destituti, partim ex Origenis dogmatum *απολογίᾳ*, partim ex aliorum expostulatio-
nibus, partim ex ejus scriptis, cuiusmodi ad nostram pervenerunt etatem, quid ipsi visum
sit pro viribus astimumus.

II. Quod si rem primum ex doctrinæ ipsius texture spectare velimus, meminisse oportet acculatum fuisse cum, quod animam solam hominem constituere, post Platonem, di-
xerit: & quod animas pro peccatis in varia corpora, si tamquam in vincula conjectas
tradiderit, ut supra observavimus. Ferunt præterea persuasum fuisse illi, Adamum propter
noxam mortali fuisse corpore indutum, quo prius carebat, cum immortalis à Deo fuisse
procreatus; pellicieasque tunicas, quas ei Deus post prævaricationem circumposuisse di-
citur, nihil fuisse aliud quam corpora mortalia; ossa vero & carnes quas ante peccatum F
habuisse Adamum Scriptura commemorat, carnes esse intelligibiles, & ossa intelligibilia.
Cum igitur mortale corpus adventitium quid ac extraneum esse arbitratus sit, sequitur
inde necessario, expurgatis peccatis, exolutisque suppliciis, liberam tandem aliquando
animam, corporaliumque compedium pondere exoneratam resurgete. Nam si poena est
gestare corpus, gestare certe corpus delinet anima, cum poena cessabit. Corpus illud intel-
ligo, quod in sceleris lucram subiit ipsa, grave illud nempe, terrenum, & carneum; non
illud autem quicum procreat primum & à Deo formata est. Huic conjectariam est, futu-
rum ut anima humanorum illam configurationem membrorum à se abiiciat, ut quæ in
carnei corporis propria sit; meliorém autem & perfectiorem formam suscipiat, ut quæ in
melius mutata, & perfectiori statui reddita sit; formarum autem omnium cum perfectis.

A sima sit sphaerica , futurum quoque ut in globum anima perfectiores à mortuis suscitatae rotundentur. Ex ea præterea assertione, quæ animis pro criminum modo corpora plus minusve crassamponi sciscit, efficit illud, diversum fore resurgendi modum; splendidiusque ac subtilius inituras corpus animas, quæ in virtutibus sc̄.c, dum in terris agunt, diligenter exercent; qua contra prorumpunt in vita, densioribus ac ruderioribus corporibus adjunctum iri. Nunc utrum doctrina sua ordinem ac confectionem Origenes tenerit, ex aliorum criminationibus, ipsiusque scriptis, expendamus.

III. Accusatum eum refert Pamphilus, quod resurrectionem mortuorum absolute sustulerit, atque hanc criminacionem septimo loco positam confutat. Epiphanius Har. 64. cap. II. conatum ait eum in Commentario in Psalmum 1. εν τῷ ἡρῷ εὐνοῦσιν οὐκεντανεῖσθαι τὸν αἰσθανόντας μετὰ τὴν πάντας τὸν οὐρανὸν. Idem cap. 63. subdole eum ait & vafre resurrectionis nomen admittere, tem ipsam inficiari; quippe qui corpus neutquam resurgere, sed solam animam decernat; animam autem non resurgere, qua non cadit, nec extinguitur; corpus quoque iuxta ipsius sancta non resurgere; nihil igitur resurgere, nec ullam proinde mortuorum esse resurrectionem. Itaque Augustinus ad Quod uult deum Har. 43. resurrectionem ab Origenis sectatoribus negatam scribit. Hieronymus in Epist. 59. ad Avit. cap. I. dixisse Originem tradit corporales substantias penitus dissipatas; aut certe in fine omnium hoc esse futura corpora, quod nunc est ether, & cælum, & si quod aliud corpus sacerdotii & purius intelligi posset: tum addit: Quod cum ita sit, quid de resurrectione sentiat perspicuum est. Deinde verba Origenis in eandem conspirantia sententiam sequentibus C capitibus producit. Similia carpit in Iohanne Hierosolymitano Epist. 61. ad Pammach. Quo & illud pertinet quod scripsit libr. 12. in Ezech. 40. Non quod juxta sacrificiam heresim corpora abolire credamus. Theophilus Alexandrinus Epist. Pach. 2. Inter extera etiam resurrectionem à mortuis, que pesssalus nostra est, ita corrumpt & violat (Origenes) ut andeat dicere corpora nostra rursum corruptioni & mortis subiecta subiecti: & postea: Dicit corpora quae resurgent post multa secunda, in nihilum dissolvuntur, nec futura aliquid, nisi cum de celorum mansionibus anima ad inferiora dilata induquerat nobis, que aliae rursum stant, prioribus omnino alevis: tum infra: Quod si ut falso putat Origenes, non solum corruptibile, sed & mortale corpus est suscitandum, ergo unum atque idem corruptio & incorruptio. Alter eius locus adversus hanc heresim ex quadam Epistola ad Sanctos qui erant in Sceti, depromit ut Iustinianus in Epistola ad Menam: ne non & locus ex Epistola Cyrilli ad Monachos qui erant in Phua, quo significatur anachemati subiectum tuisse Origenem, quod mortuorum resurrectionem negaverit. Huic Epistola ad Menam geminum subjungitur ex Origene testimonium hoc errore adpersum; aliud ex libr. 2. τοῦ αἵρετος, quo corpora ab omnibus depositum, & in nihilum redactum in statuunt, cum Deo omnia subiectentur; rursum futura corpora, si rationales à superioribus descendant: aliud ex libro quarto, quo idem significatur. Querunt præterea Iustinianus apud Quintam Synodum, in Epistola quam descripti Cedrenus, asserunt Origenistas, ὅτι ταπετηλούσι τῷ σοφεστι αἰσθανεῖσθαι τὸν κυρίον τοὺς φρεγάδες τὸν θεόν τους; Εἰ τῷ λογισμῷ τούτων, τοῦ ὃν αἴσθαντος οὐκάλιπτον πάντες εἰς τὸν αὐτὸν έρασται, τοῦτο δέ τοι τοσούτοις τοῖς παῖσσοις Corpora penitus interire, ijsso Domino primum deponentes proprium corpus, & reliquias omnium: & omnes rursus ad eandem unitatem redire, & mentes fieri, cuiusmodi antea erant. Itaque propter sublatum corporum resurrectionem damnatum tuisse à Synodo Quinta Origenem testatur Photius in libello De Synodis, & Autor incertus libelli De Synodis, qui in Iustellina Bibliotheca Iuris Canonici insertus est, & Canon primus Synodi Quinientexta, & Cedrenus. Placitum huic idem adscribunt Sophronius in Epistola ad Sergium, & Anonymous apud Photium Cod. 117. & Iohannes Damascenus in libro De heresibus, & Constantinus Harmenopolus in libro De scitis, & ante eum Glycas Annalium Part. 3. quamvis Parte 4. corpora quidem resurrecta, sed non eadem censuisse ipsum asservet. Denique Cyriacus apud Symeonem Metaphrastem dixisse ut Origenistas Novæ Laure in Palæstina, corpora nostra que babuerimus ex resurrectione, esse penitus ventura ad interitum, & Christi primi.

IV. Ab his criminibus purgat Adamantium quod supra demonstravimus, creatum nihil, ex decreto Origenis, corpore carere, unde sequitur vel injuriam huic sacre, qui sensisse eum ferunt penitus interitura corpora, & in nihilum dissolvenda, vel ipsum certe, iuxta morem Scriptura, interitum appellasse instaurationem & in melius mutationem: sic enim Methodius Har. 64. cap. 32. ὁδὸς τῷ γεράσιν δέξερῷ τῷ εἰς τὸν πρεσβύτερον, εὐδέξαντος διατάξαντος τοῦ τελοῦ τὸν πόρον μεταβολὴν ἀπόλειαν δέξιαν, εἰσὶ τὰ περιεχόμενα γεράσιος διατάξαντος τῷ εἰς τὸν πρεσβύτερον ἀπόλειαν δέξιαν. Morem hunc esse dicemus Scriptura, ut mundi instaurationem, atque in melius & prestantiam mutationem, interitum appelleret, ut potest interirent priore forma, dom in pulchriorē formā conserventur. Purgat eum quoque Hieronymus in Epistol. ad Pammach. cap. 8. cum ipsum scribit medium tenuisse viam inter Catholicos veram carnis resurrectionem

¹⁵⁻ Eionem tuentes, & Hæreticos Marcionem, Apellem, Valentiniū, & Manem, resurre- A
Eionem nonnis in phantasma futuram arbitrantur. Sibi autem utramque displaceat senten-
tiam (asserti Origenes) fugere se & nostrorum carnes (verba sunt Hieronymi) & Hæreticorum
phantasma, quia miraque pars in contrarium nimis sit, alijs id volentibus se esse quod fuerint, alijs re-
surrectionem corporum omnino denegantibus.

V. Ostendit etiam non penitus sublatam ab eo fuisse corporum resurrectionem, quod narrat Pamphilus in Apologia, *eum corpus quidem resurgere confisi, carnem vero negare*. Idem in eo culpat Methodius, in libro De resurrectione, quo hoc Origenis dogma convellit, & cuius Epitomam Panarion suo inseruit Epiphanius Hær. 64. quamque representavit Photius Cod. 234. atque Origenem super responsione Sadducas à Domino data dixisse futurum ut Angelis similes evadamus, ac proinde carne nudemur. Quinetiam Origenistas B carpit, velut carnem inter & corpus aliquid intereste suspicantes; quasi corpus sit animæ proprium, quod eerni non possit; caro autem sit externum illud, quod oculis usurpatur. Adversus eundem errorem auctoritatem Methodij pugnat Anastasius Sinaita Contemplat. Anagog. libr. II. Nec alio videtur spectare Epiphiani adversus Origenem querela Hær. 64. cap. 4. *Ἐπειδὴν δὲ τὸν θεοῦ κατέπιπτον πάσιν, πᾶν γὰρ ἡγετόν πατέρων των τελών, τῷ δὲ ἀκαραμψῷ τοιούτῳ ζητᾷ, ἀλλοιος δὲ οὐ μετέχει τοιούτῳ, αἰσχατός.* Mortuorum resurrectionem imperfectam esse docet; partim cum verbis assertens, partim funditus tollens; alias vero pariem eius duntaxat resurgere tradens: & illa Vincentij Bellovacensis Speculi doctrinal. libr. 18. cap. 43. cum veram ait resurrectionem carnis Origenem negat. Non satis autem intelligitur quid sibi voluerit Theophanes Cerameus, cum scriptis Homil. 22. ca. ψαλτ. 7. εἰπεῖν. *ἡ παντούς αἴσθησις αἱ τάλασσαι σὺν φυσικοῖς αἴσθησισι;* *ἡ φύσις τοῦ ἐπανίσταντος ἐργάζεται σύμφωνα μετατραπήν αἰσθησισιν.* Ceterum dicendum: *Aut quād dabit homo permutationem pro anima sua?* resellitur conficta resurrectionis ab Origenē, cui fuit nomen Ἐποντος ἐργάζεται derivatum.

Non semel id ipsum asseverasse, quod proxime commemorati Scriptores obieciunt, fata-
tendum quidem est: puta libr. 2. *dei agnō*, cap. 3. Mira ergo ratione, inquit, *sāntus Apostolus*
ad generalē primā causā recipiens, materia corporalis, cuius materia anime uīum semper habent
in qualibet qualitate posita, non quidem carnali, postmodum vero subtiliori & puriori, que spiritualis
appellatur. Necesse est, atque corripitible hoc inducere corruptionem, &c. & in Catena Corderianae in
Psalmos: *νῦν ὦρὴ εὐολμία τὸ ιδάρος ἡ ψυχὴ, καὶ γέρων στερεός.* εὐ δὲ τῇ αισθάνοντο κολαζεῖσθαι) ἐν οὐρέ-
ψυχῃ. Εἰς τούτην θεοὺς κολαζεῖσθαι τὸ κύριον εὐ τῇ καθολικῇ αισθάνοντο γῆρας ἐν πνεύμα, καὶ γέρες) τὸ D
σῶμα πολυγενεῖον. Nec aliter intelligimus, quia consignata sunt libri. 5. cont. Cels. ὅτι μὲν
ἐν ηὔπολι, ἀλλὰ τοῖς γράμματα ἡγεῖσθαι συγχρήσι, unde prius μεταβολὴν αἰσθάνεσθαι τὸ τῆν εἰ-
πιτον. Καὶ τοῖς παλαιοῖς θεωροῖσι, ἀλλοὶ τὸ γῆρας αἰσθάνεται. Nam quoniam recta his sententia
5. accommodari possit, impedimento est hic Apostoli locus: *Hoc autem dico, Fratres, quia caro
& sanguis regnum Dei hereditati non possam: quo sensilem hanc & adspectabilem quam gerim-
us carnem regno coelesti excludendam, & resurrectionis beneficio privandam signifi-
cari putat. Hinc & παρεπειδήσθαι τοὺς αἰώνιους εἰς ἑκατονταετες, ταῦτα τὸ οὐατοτέρον έυα-
γγελιον τούτον scribit;* & alibi, resurrectionem εἰς τὴν οὐατοτέρον τὸν αἰώνα τούτον δραμέσθαι

VI. Quantumvis autem perspicua videatur Origenis & constans opinio , repugnat tamen Pamphilus , & ne à carne quidem ipsa resurrectionem abjudicasse eum demonstrat, de promis illius verbis è Commentario in Psalmum XV. quæ sunt hujusmodi : Offendator qui vult ex nostro sermone : ego autem cum omni fiducia affero vero , quia sic primogenitus ex mortuis est Christus , ita primus carnem exercit ad celum : & paulo post : Hæc propter illud quod dictum est : Quoniam caro mea requiescit in spe . In quaesse ? Non solum quia ex mortuis resurgit : parum enim hoc est : sed in ea spe requiescit , quod assumta est in celum . Quibus adderem & illud è libr. 3. &c. apud cap. 6. nisi Finni Interpretis fraudes subvererer . Denique caro nostra ab imperiis & infidelibus ita post mortem deperire estimatur , ut nihil prorsus reliquum substantia sua habere cedatur . Nos vero qui resurrectionem ejus credimus , immutationem ejus tantummodo post mortem factam intelligimus , substitutionem vero eius certum est permanere , & voluntate creatoris sui , certoque tempore rursus reparari ad vitam , atque iterum permutationem ejus fieri , ut quia primo fuit caro ex terra terrena , tunc deinde dissipata post mortem , & iterum facta circa ac terra ; quoniam in terra erat , inquit , & in terram ibis , rursus resurrectetur ex terra ; & post hoc iam velut meritum inhabitantii anima poposcit , in gloria corporis proficit spiritualis . Nempe hic quoque , ut in aliis plerique sibi non conflat Origenes , & modo has modo illas seculatur partes , & ut in rebus adolescentie adhuc Christianismo subobscuris , & nondum per Ecclesiam definitis animo indulget , & quidquid sibi pro tempore fit verisimilium , atripit . Vnde ne ipse quidem Origenis castigator Methodius sine cœpitatione hoc argumentum tractavit , homines fingen posse resurrectionem habitatores in terra iam instaurata , & per aërem temperatissimum ambientem in melius mutata , & in Paradisi delitiis beatum ævum aduros ; Angelis autem coelestes orbes definiti esse domicilium:

A. Eusebium quoque Origenis partiarum resurrectionem mortuorum susculisse narrat Photius in Epistola quadam ad Constantinum. In eiusdem erroris suspicionem mutuo selevocant Hieronymus & Rufinus, quem tamen uterque summa cura diluere conatur. Huic etiam adhaesit Arnobium verisimile est: ait enim libr. 2. contr. Gent. *Anctis videre nos, quod mortuorum dicamus resurrectionem futuram, quam quidem nos dicere constemus; sed à vobis alterquam sentiamus, audiri.* Quod idem est ac illud Origenis carnis resurrectionem esse dicentis *τὸν θεον τοτε τοιούτον πάσαν αναστορεόμενον.* Denique proditum est ab Epiphanio & Hieronymo hanc ipsam fuisse Marcionis, aliorumque Hæreticorum de resurrectione falsam sententiam.

B. VII. Quamvis crassam illam carnis molem & compagem à corporibus resurrecturis se-
cretum iri fenserit Origenes: quibus tamen predita ea forte qualitatibus ratus sit, cum
resurgent, quam passa mutationem, qua instructa forma, non satis liquidum est. Non-
numquam enim suscitatum iri eadem, subtiliora licet ac splendidiora, asperit. Velut libr. 2.
σεβ. ἀπ. 20. cap. 10. Si necesse est nos esse in corporibus, non in aliis quam in nostris corporibus esse debemus: & capite sequenti: *Videntur quoque est, ne forte etiam illud iste sermo significet, quod sicut*
sanceti corpora sua, in quibus sancte & pure in hujus vita habitationibus vixerant, incisa & gloriofa ex
resurrectione sufficiunt: ita & impy quique qui in hac vita errorum tenebras & ignoranias dilexerant,
obscuri & tenebris post resurrectionem corporibus induantur: & libr. 3. cap. 6. *Non autem dubitandum*
*est naturam corporis huius nostri, voluntate Dei qui talen fecit eam, usque ad illam qualitatem subtili-
simi, & purissimi ac splendidissimi corporis posse à Creatore perduci, prout retum status vocaverit, & me-
ritam rationabilis natura poposcerit: & mox: ita etiam de natura corporis sentiendum est, quod non*
aliud corpus est, quo nunc in ignobilitate, & in corruptione & infirmitate utimur; & aliud erit illud
quo in incorruptione & in virtute & in gloria utemur; sed hoc idem abjectis infirmitatibus in quibus
*nunc est, in gloriam transmutabitur spirituale effectum, ut quod fuit indignitas vas, hoc ipsum expur-
gatum fiat vas honoris, & beatitudinis habitaculum.* deinde ostendit non nobis ex quanto illo
Philosophorum corpore fictum in à Deo corpus, *cum manifeste definit sancetus apostolus, quia*
*non nova aliqua corpora resurgentibus à mortuis dentur, sed hac ipsa que viventes haberant, ex dete-
rioribus in melius transformata recipienti.* Denique libro primo De resurrectione, ut est apud
Pamphilum in Apologia, absurdum & iniquum fore ait, si sua mercede fraudetur corpus,
quod cum anima fortiter decerpit; ea autem privatum iri non resurgat. Hanc corporis re-
parationem in melius cogitabat, ni fallor, Glycas cum opinatum scribit Origenem *τὸν ὄρθρον* *καὶ* *τὸν* *ἀναστατωτὸν* *τοῦ* *αὐτοῦ*: quae verba repetit Cedrenus de Origenitis lo-
quens in Quinto Concilio damnatis.

E. Ali quando vero ne idem quidem corpus in vitam redditum visus est tradidisse. His vi-
delicit perflatus Apostoli 1. Cor. 15. 42, 43, 44. *Seminatur in corruptione, surgit in incorrup-
tione: seminatur in ignobilitate, surgit in gloria; seminatur in infirmitate, surgit in virtute: seminatur*
*corpus animale, surgit corpus spirituale, corpus resurrectum quidem exsultavit, sed immuta-
tum natura, & à priore diversum, ac plane aliud; quemadmodum è grano tritici spica sur-
git à grano diversa, quod confirmari puta isto è priore ad Corinth. 15. 36, 37, 38. Inspicis,
tu quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non corpus quod futurum est se-
minas, sed nudum granum, ut puta tritici aut alienius ceterorum. Deus autem dat illi corpus sicut veluit,*
& unicuique seminum proprium corpus. Vnde libr. 5. contra Cels. mortuo corpori velut semen
futuri corporis inesse dicit, hominique è mortuis resurgentis corpus pro divino arbitrio
impositum iri: tum concludit: *ιησος μηδὲν ἀνθρωπον οὔτε θηρίον ιπαριζεῖ εἰς τὸ ζῆται*
*χρήσιν, οὐδὲ τὸ δέσμοντα κόκκον τὸ σιτον επανεργεῖ εἰς τὸ κοκκον τὸ σιτον λεπρῷ γαρ οὐ απο-
βλέπει τὸ κοκκον τὸ σιτον ιαγαίον στοχεῖ, θεον δέ τοι γνωστόν τον σταματεῖ, αφ' εἰ μὴ φθεγγόμενον εἴσειπται*
τὸ σιτον εἰς αὐτούσια. & paulo superiori: *ιησος δι τοντομένου θρι τὸ στενερόμον εἰς ζωστικαν, οὐδὲ*
μη δυνατον, οὐδὲ τὸ φροντιδόμον στέρεον αποτελεῖται διό δια τον διέσων στέρεον, καθαυτον &c.
Similia leguntur libr. 2. *σεβ. ἀπ. 20. cap. 10.* Quo loco atque item libr. 2. De resurrectione,
substantia rationem appellat resurrectionis germen, quo corpora reparanda censebat, quam
F. à Scholasticis *substantiam radicem* dici recte adnotavii Genebrardus; licet alio penitus ac
diverso modo effectio eius ac virtus ab iisdem intelligatur. Itaque Gennadius libr. De do-
gmatibus, cap. 6. sic disputat: *Et non secundum Origenem immutatio corporum erit, id est aliud no-
rum corpus pro carne: sed eadem caro corruptibilis que cadit, tam iustorum quam injustorum, incorru-
pibilis resurget.*

G. Quamvis autem aliud proditum corpus, & à priore diversum finxit sibi Adamantius, iisdem tamen notis, eadem forma insigne futurum affimat in Commentario ad Psal. 1. quem commentarium in Epitomen à Methodio contractum representat Epiphanius Hær. 64. cap. 12. & seq. Is ergo cap. 14. scribit corpora qua per alimentorum suscep-
tionem vitam tolerant, numquam eadem remanere, sed per ciborum elsum & excretionem,
fluvijs instar, perpetuo fluere & mutari: eadem tamen manere corpora hæc, non ratione

134
dunataxat anima, qua eadem semper est; sed propter etumdem etiam formarum, quae corporum singulorum nota quedam propria sunt ac characteres, perseverantiam, unde lentigines, cicatrices, navi ad mortem usque corporibus adhaerent: in resurrectione igitur anima circumponi formam illam, qua Petrus verbi gratia constituitur, diversa licet materia sit, ac diversum corpus; animas quippe variis pro locorum varietate uti corporibus; & quemadmodum aliud necesse foret subire corpus, si in aquis vixi etemus, ita nobis vitam acturam in celo, spiritalia necessaria corpora esse ascenda; sed mutato licet corpore, candem tamen neutriquam extinctum iri speciem ac formam, quemadmodum Iesus, Moses, ac Elias in transformatione sese eadem agnoscendos specie praeberunt. Explanat idipsum subinde Methodius cap. 38. ac eam quoque Origenis dissertationem in Apologiam suam Pamphilus inferit. Eustathius Antiochenus in libro De engastrimytho B narrat Origenem male de resurrectione sententiam abunde à Methodio fuisse confutatum, ab eoque aperte demonstratum anfan inde Hæreticis prabitam, cur specie solum, non corpore ipso homines olim fore suscitandos opinarentur. Notabilis vero est Nicetas interpretationem: *Nicet. lib. 4. Thos. 4. fid. Har. 5.*

Acominati accusatio, qua Origenis sententiam his exponit verbis, iuxta Petri Morelli interpretationem: *Corpus hec quo involvumur, resurrectionis illius die non resurgent, sed humana tantum forma, qua Paulus forte vel Petrus dognoscunt; atque adeo extrinseca illa figura resurgent, qua sub forma quoque comprehenditur. Porro subiectum ipsam, sive corpus, haudquaque idem manebit: Seminarior enim corpus animal, inquit Apostolus, corpus spirituale resurgent. Quapropter necesse est, ut resurrectionem in sola forma futuram speramus; in subiecto vero non item. Addit deinde Nicetas sententiam suam de resurrectione à Platonicis Origenem accepisse: tradere autem illos duplex idioli genus anima unicuique adhaerere; aliud ab aeterno ei adnixum, splendidum & lucens; alterum crassius, iphius ex astrov dispositione circumpostum; huic deteriora anima munia, illi praestantia deberi: separari illud nonnumquam ab anima corpore exoluta, & ad pristinam sedem revolare; hoc ab illa solvi neutriquam posse, sed in Orcum, vel inter sidera post mortem abire. Quibus ita expositis haec demum subhingit: Itaque Origenes, ut mea quidem fisi sententia, cum animam idolo huiusmodi vestisset, quod proprias actiones, sibi魁 involutas circumferret, fore subiecti, ut ipsa cum hoc illa resurgent, futuroque iudicio subiiceretur, qua in re Gentes proflus imitatur; mortalis autem tactuque exposita caro desueret, atque evanesceret.*

Vtterius etiam abit nonnumquam Origenes, ac ne formam quidem ipsam & figuram corporibus suscitandis inhaesuram promuntiat; & quemadmodum è grano tritici spica surgit grano absimilis, nec ex hoc transit in illam quicquam aliud, prater rationem semenis, seu ~~arrhenes~~, ita corpori mortuo messe semen, quod germinabit novissima personante tuba, & aliud de se corpus dabit. Fufc haec edidit Hieronymus in Epistola adversus Iohannem Hierosolymitanum, & Origenem sic inducit disputantem, cap. 8. *Cum autem iudicij dies advenierit, & in voce Archangeli, & in novissima tuba tremuerit terra, movebantur statim semina, & in puncto horum mornos germinabant: non tamen easdem carnes, nec in ipsis formis resiliunt, quia fuerunt. Capite deinde sequenti, ita loquentem singit Adamantium, ossium, sanguinis, ac membrorum singulorum repudiata resurrectione: & nunc oculi videmus, auribus audimus, manibus agimus, pedibus ambulamus; in illo autem corpore spirituali toti videbimus, toti audiemus, toti operabimur, toti ambulabimus. & transfigurabit Dominus corpus humilitatis nostra conforme corpori claritati sue glorie. Quando dixi, Transfigurabis, id est post resurrectionem, membrorum quibus nunc uitam, diversitas denegatur. Aliud nobis spirituale & aetherum promittitur, quod nec tactu subapses, nec oculis certinatur, nec pondere pregravatur, & pro lacrum, in quibus futurum est, variae mutabitur. Tum sibi Christi resurrectionem opponit, & suscitatum eius corpus, itans, ambulans, latere, manibus, carnis, ossibus instrutum: sed alia virtute pollere corpus responderet, quod de viri semine concretum non est, ac nostra corpora; & tale idcirco apparuit Christi corpus, ut dubitantes apostolis fidem faceret resurrectionis; aereum tamen & spirituale fuisse, ut quod clavis ossis ingressum sit, & in fractione panis ex oculis evanuerit. Quam responsione, ac reliquam item Origenis disputationem valide in sequentibus Hieronymus oppugnat. Ac idem, cum sibi fuisset propositum, accurate quoque dissolvit Augustinus Epistol. 49. ad Deogratias.*

Erroris certe illius notas reperire licet in Commentario Origenis ad Psalmum 1. quem in Epitomen contraxit Methodius. Ibi quippe locum Ezechielis, quo futura resurrectionis mysterium planissime aperitur, in aliis sensum detorquet: nam aridis illis ossibus, acerbam Iudeorum captivitatem notari putat, qua corpora succo exhausta macie deformaverat; resurrectione autem, libertatem Iudeorum, qua in pristinum eos statum, & integrum ac vividum corporis habitum erat restitutura. Alio itidem defecit illud Matth. 8. 12. *Ibi erit fleus & stridor dentium, aliaque ejusmodi, quibus corpora resurrecta esse conficitur; nec ibi futuros dentes responderet, ubi nullus dentum usus futurus est; & cor-*

A porcamillam speciem mutatum iri; nec primam materiam, quam eandem esse saepe dicit ac corpus, ullo modo resurreeturam; ad idque grani & spica exemplum, quo usus est Apostolus, accommodat. Tomo quoque 17. in Matth. pap. 487, & 495. de quaestione à Sadducæis Sosipatori proposita agens, genitalibus caritura decrevit corpora in celo, quod ibi genitalium usus abolendus sit. Sed & ex fine libri 2. De principiis, affert hunc locum Hieronymus Epist. 59. ad Avit. cap. 2. *Cumque in tantum profecerimus, ut nequaquam carnes & corpora, fositan ne anima quidem fuerimus, sed mens & sensus ad perfectum veniens, nullaque perturbationum nabilis caligans, intuebitur rationabiles, intelligibileque substantias facie ad faciem.* Quæ sic depravavit suo more Rufinus: *Et ita crescent per singula rationabilis natura, non sicut in carne vel corpore & anima in hac vita crescebat, sed mente ac sensu aucta ad perfectam scientiam, mens jam perfecta perducitur, nequaquam iam ultra ipsis carnalibus sensibus impedita, sed intellectualibus incrementis aucta, semper ad parum, & ut ita dixerim facie ad faciem rerum causas inspicere.* Denique libro 5. contr. Cels. propter migrations è loco in locum corporibus nos opus habere docet; id autem certam non requirere partium posituram, sed quodvis admittere corpus, corpus modo sit.

B VIII. Inclinasse eodem quo Origenes videtur Hieronymus libr. 3. in Epist. ad Ephes. cap. 5. v. 28. *Forcemanus igitur, inquit, & viri uxores, & anime nostra corpora, ut & uxores in viro, & corpora redigantur in animas, & nequaquam sit sexuum alla diversitas. Sed quomodo apud Angelos non est vir & mulier, ita & nos qui similes Angelis futuri sumus, tam nunc incipiamus esse, quod nobis in caelestibus reprobamus est.* Acriter ea expludit Rufinus, ut pote ex quibus interitus corporum, & sexuum abolitione consequatur: demum sic ait: *Quando rectius faceres, si nos, quos culpas, imitareris in talibus, & haec soli Deo, ut se veritas habet, nosse permittentes; & te potius ignorare fateris, quam ea scriberes, que paulo post tu ipse damnares.* Sed purgat se Hieronymus libr. 1. Apolog. adv. Rufin. cap. 6. talia scilicet ex Origenis persona, non quasi rem à se assertam, sed quasi sibi obiciendam protulisse respondens. Eam & valide in Origenita quodam scilicet confutasse narrat Epist. 27. ad Eustoch. cap. 11. & alibi quoque pro falsa à se haberet restatur. Sexuum discretionem tunc iri abolidum non pauci è Patribus antiquis affirmarunt. Theodoretus: *Γόνη δὲ τὸ θεοποιῶν ἔρδειν τὸ ζωὸν τὸ θεατὸν τελευτὴν οὐκον.* Hac enim discretione indiget eorum natura, qui sub mortis imperio degunt. deinde: *νοὶ δὲ τὸ ἀδυάντος γεννηθεῖσαν τὸ θεοποιῶν πατέρων μέγετον.* Haec enim qui immortales evaserunt omnino supererant. Consuluntur præterea Athanasius Serm. 3. contra Arianos, Basilius in Psalm. 114. Hilarius Can. 23. in Matth. eadem illorum esse propemodum ac Origenis causa super hac quaestione de beatorum corporum sexu reperiuntur.

C IX. Si animam in resurrectione aliud recepturam corpus, & aliter formatum ratus est Adamantius, quam quod in mortali gestaverat vita; ecquamnam corpori huic figuram potius adscriperit quam globosam, ut pote rerum coelestium propriam, & formarum omnium perfectissimam, ac animis expurgatis & in perfectiorum reparatis statum maxime congruam? Sane Origenites Monachos, qui Palæstina asceteria Iustini & Justiniani temporibus infestabant, dixisse refert Cyriacus apud Symeonem Metaphrastem, *Quod aetherea & sphærica excitantur nostra corpora in resurrectione: sic Domini quoque cor, ut si fuisse excitatum, & nos in vita nostra futuros ei pare in resurrectione.* Quapropter Iustinianus in Epistol. ad Men. probris Origenem concessit, quod corpora hominum orbiculata suscitatum iri affirmaverit. Hinc ita conceputus est quintus ex Anathematismis eidem Epistola subiectus: *εἰ νέ λέγειν εἰχει τὸν αἰστόν σπουδεῖν τὸν αἰδεῖνον ἐργαζόμενον, καὶ οὐχ ἐργαζεῖ ὅποις ἡγεμόνες ἐργαζόντες, αἰδεῖνον εἰστον.* Si quis dicit aut sentit globosa hominum suscipi corpora, nec constitutus nos rectos suscipi. Anathema esto. Damnat id ipsum in Origene & fuse confutat Antipater Bostrensis Episcopus in Dissertatione aduersus Origenem, inserta Iohannis Damasceni Eclogis, quas calamo exaratas Eclog. Ioh. habent Claromontani Patres Societatis Iesu. Damnat & Nicephorus lib. 17. cap. 27. Huc Damascen. spectat illud Hieronymi Epist. 61. ad Pammach. cap. 10. *Sic & Dominus noster in monte transfiguratus est in gloria, non ut manus ac pedes, ceteraque membra perderet. & subito in rotunditate vel in sphæra volueretur, sed eadem membris Solis fulgere ruuntia Apostolorum oculos perfringunt.*

D F Quod si ita sensisse constaret Origenem, à Platone illuc impulsu fuisse dicerem, qui finem ponebat *ζεύσισθεν τὸ Στροφόν,* Deum autem corpore licet carentem, forma globosa prædictum fingebat, quemadmodum & Xenophanes, ut est apud Ciceronem 4. Academic. & Laertium in Platone, & Xenophane: ac proinde animis finem suum adeptis sphæricam formam tribuere cogebatur. Sed Hieronymus Epistol. 59. ad Avit. cap. 3. verba Origenis recitat è libro 3. *τοι οὐχίστε, quibus homines ait corpora idcirco deposituros, ut Deo similes sint, juxta illud Servitoris: Υἱονομοδο εγώ & tu unus sumus, sic & iſi in nobis unus sint.* Demum sic ait: *E duobus alteram suscipere cogimus, ut aut desperemus similitudinem Dei, si eadem semper sumus corpora habiti; aut si beatitudine nobis ejusdem cum Deo vita promittitur, eadem quæ vi-*

ORIGENIANORVM

136

vit Deus nobis conditione vivendum est. Tum Hieronymus: Ex quibus omnibus approbat, quid A de resurrectione sentiat. Deum plane incorporeum, ut est, ita esse putabat Origenes, ac ideo omni figura carere: qui ergo globosa corpora habituras animas teri potuit, quas similes futuras putabat Deo, quem corpore ac figura carere arbitrabatur? Itaque libr. 2. De princip. cap. 10. quosdam impugnans Hæreticos, qui resurrectionem funditus tollebant, requiremus, inquit, ab eis, si possunt nobis spiritalis corporis habitum demonstrare atque describere, quod utique nullo modo facere poterunt. Vides inconstantiam hominis, animis suscitatis corpora de- trahentis nonnumquam, nonnumquam affigentis, nec pro certo habentis equamnam illa figuram habitura sint.

X. Scribit Origenes Tom. 17. in Matth. p. 494, 495. neminem à mortuisiri susci- tum, qui in hac vita non decertaverit. Verba haec sunt: ei si in rī ~~Χριστον~~ οι γεγενηθεῖσι
μηποι εἴτε τὸ εἰποντα πάντα εἰς τὸ γαλήνην ἴβισσας, εἰ σκέψην τοῦ Χριστοῦ, καὶ δεῖται τῷ μὲν ἀγανω-
ρίῳ τοῦ εαυτοῦ τοῦ εἰποντος αὐτούς, θεον τοῦ εαυτοῦ εἴτε τοῦ θεοῦ θεον τοῦ Χριστοῦ λόγῳ, τοῦ τα-
χεῖτον εἶναι. Quod si quis colligit inde, resurrectione privandos impios Origenem existi-
masse, abunde is fessus à Pamphilo confutatum intelligat, vel ab ipso potius Origene in eo
loco, quem è libro ipsius 28. in Esaiam profert Apologiz Auctor, quo justos & impios à
mortuis suscitos declarat; duplice autem futuram resurrectionem, primam alteram
justorum, alteram secundam impiorum, juxta illud Iohannis Apocal. 20. 5. *Beatus & san-
ctus qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem:* non ita ut illa
tempore prior sita, sed modo & ratione. Ex hoc enim Iohannis commate dividenda
resurrectionis occasionem arripiuisse eos verisimile est, de quibus Gennadius: Erit resurrectione C
mortuorum omnium hominum sed una & insimil & semel: non prima justorum, & secunda peccatorum,
ut fabula est somniorum, sed una omnium. Hanc autem fore resurgentis rationem definit Ori-
genes; unumquemque prout fessus in vita gesserit, crassius subtilius à Deo corpus acceptu-
rum. Sane, inquit libr. 2. De resurrectione, qualis fuerit uniuscuiusque preparatio in hac vita, talis erit
& resurrectione eius. Qui beatus hic vixerit, corpus eius in resurrectione aviniori splendore fulgebit, &
opta ei mansio beatorum tribuetur locorum. Hunc vere qui in malitia consumptus est tempus sibi vita pra-
sentis inadulsum, tamen dubius corpus quod sufficere & perdurare possit in panis, &c. Iterantur eadem
libr. 2. & apud, cap. 3. & 10. & libr. 3. & 6. ubi ad carter illud adjicit, postquam adeo
res redierint, ut omnia unum sint, sicut Pater & Filius unum sunt, tum desitram illam
corporum diversitatem. Cum ergo resurrectione privatum iri impios dixit Origenes, re-
surrectionem illam intellige quæ damnationi opponitur. Ita Laetantius libr. 7. Divin. in-
stitut. cap. 21. *Tunc quorum fuerit probata iniuria, hi premium immortalitatis accipient: quorum
autem peccata & scelera detecta fuerint, non resurgent; sed cum impio recondentur in eisdem tene-
bras, ad certa supplicia destinati.* Dupliquie modo accipi potest resurrectione, vel pro redditu
ad vitam, & nova corporis ac animæ conjugione; vel pro vita æterna acquisitione:
priore modo omnes homines ex aequo resurgent, posteriore iusti duntaxat. Expositionem
hanc confirmat alter Origenis locus è Tom. 13. in Matth. 18. p. 327. οἱ δὲ ὄντες ἐν τοῖς εὐ-
χαριστοῖς τελέσαντες θεωροῦσσοι τοῦτο τὸ τετελεσμένων στοματοῦ, καὶ παῖδες τοῦτον τὸ στόμα τοῦ Χριστοῦ
λατερίου εἰ τοῦ παντούτου μετατρέποντες μετατρέποντες τὸ παῖδες τοῦ παντούτου τὸ στόμα τοῦ Χριστοῦ
ἀλλα τὴν χειροποιητὴν τοῦ παντούτου τὸ παῖδες τοῦ παντούτου τὸ στόμα τοῦ Χριστοῦ. In resur-
rectionis mysterio inveniri nos dicit, quando corpus nostrum mortale gloriose Christi
corpori simile Deus efficiet; quod beneficium non ad omnes homines, sed ad sanctos
tantummodo pertinebit. Confirmat & alter ille è Comment. in Psalm. 1. recitatus ab Ep-
iphanius Har. 64. cap. 10. & 12. quo simpliciores quosdam, fretos illo Davidico: *Ideo non re-
surgent impii in judicio,* resurrectione aut judicio dignandos à Deo malos negare ait, non
satis aperte indicantes quid resurrectionem aut judicium esse arbitrentur.

XI. Ceterum ut alias fere semper, ita in his quoque de resurrectione questionibus Pla-
toni magistro usus est Adamantius. Futurum quippe aiebant Platonici, ut anima olim
incipiant in corpora velle reverti,

eaque in corpora à prioribus diversa fore revocandas. Tertullianus libro De resurrect. F
carnis, cap. 1. Platonici immortalem animam è contraria reclamant: *ino adhuc proxime etiam in*
corpora remeabilem affirmant. est non in eadem. Legendus Plato lib. 10. De republ. ubi ex Heri
Pamphyli persona, animæ statum post mortem, poenas μετατρέπεται, & immortalitatem
describit. Sed multo magis in Phædone, quo materiam illam exhaustit. Legendus quoque
Augustinus libr. 22. De Civit. Dei, cap. 26. & 27.

XII. Sed ne solitum Origeni nostro deficit officium, si quæ in ejus patrocinium præter
superiora colligi possum, paucis comprehendamus. Sua primum illi in hujus argumenti
tractatione favet inconstantia, quæ cum ex superioribus satis manifesta est, tum ex eo
etiam quod de fine rerum disputans, & utrum in corpore, an extra corpus supraea beatit-
ate fructuri simus inquirens, triplicem opinionem unicuique pro libitu persequendam
proponit

A proponit libr. 2. *ad agnoscendos*, cap. 3. quem locum répetit Hieronymus Epistol. 59. ad Avit. cap. 2. Caput quoque sextum libri primi De principiis. eamdem Origenis fluctuationem testatur; nam postquam duplēcēm de statu Beatorum sententiam exposuit, quarum prior interitram corporum naturam definit, & à qua se se alienum profiteret, alia naturam corpoream in modum etheris expurgatum iri tradit, tandem sic concludit: *Certius tamē qualiter se habicura sit res, scit solus Deus, & si qui eius per Christum, & Spiritum sanctum amici sunt.* Parī prope modo consimilis argumentū disputationē claudit libr. 2. *ad agnoscendos*, cap. 2. Prodest quoque ad excusandū eum Rufini responsio, pertendentis errores illos circa resurrectionis materiam scriptis ipsius ab Hæreticis fuisse adspersos. Verba eius sunt: *Vel Rufin. de aliis. libr. Origen.*

iuvenis de resurrectione carnis, qui tam evidentē pronuntiari vult naturam carnis in celum ascendisse cum Venero Dei, atque inibi cœlestibus apparuisse Virtutibus, novum & admirandum eis sui visum prebentem, posibile erat ut hanc literū non esse salvandam diceret? At inde tamen præcipuum sibi arcessit Origenes præsidium, quod sua exitate nondum questiones illas fuerant ab Ecclesia dijudicata; quo factū est, ut dum eum à veritatis norma deflexum revocare satagit Methodius, à vero ipse deerraverit, & alij quoque non sine offensione in hac questione versati sint, ut ostendimus supra; & Hieronymus velut titubans materiam hanc tractaverit Epistol. 61. ad Pammach. cap. 13. ait quippe: *Ergo, inquires, & nos post resurrectionem cœsuri sumus? Nescio, non enim scriptum est, & tamen si queratur, non puto cœsuros.* Quæ causa est, cur suam de resurrectione declaraturus sententiam Origenes, retinendam Veterum opinionem pronuntiaverit, quia numirum quantumvis absconis eius dogmata suos tamen auctores & patronos Chabuere.

XIII. Ex supra dictis subvertitur Methodij ratiocinatio, qua hoc Origenis pronuntiatum confutare aggressus est, peccatorum omnium cauſam ad corpus referri. Ait quippe Methodius contraria sibi loqui Origenem; cum enim animam citra corpus peccasse, & propter peccatum scortes tuniceis vestitam fuisse, tunicasq; illas corpora ipsa esse concesserit; nunc sibi ipsum repugnare, cum corpus cauſa esse dicit cur anima peccet. Origenianæ doctrinæ connexionem non vidit Methodius. Diximus enim supra corporeas animas vel incorporeas appellatae Adamantium, crassiorum vel tenuiorum corporum ratione, cum revera corporeas esse, & Deum unum incorporealem censuerit. Idem animas pro peccatorum gravitate graviora subire corpora afferuit. His neutiquam repugnat illud, Animas à corporibus suis trahi in vita, & cum numquam corpore caritura sint, futuros semper beatitudinis & damnationis circuitus; & antequam humanis adstrictis essent membris, in peccata tamen fuisse prolapsa, ac meritas cur è subtilioribus corporibus in spissiora demergerentur. Atque ita commune aliquid haberet Origenes cum Porphyrio, qui dicebat, *ut beata sit anima, corpus omne esse fugendum.* Sed ut communia quædam cum Porphyrio sit locutus, penitus tamen diversa sensit.

Notandum porro Autorem Dialogi De recta in Deum fidē, qui sub Origenis nomine prodit, Marinum Bardeianistam inducere hæc dogmata propugnantem; Hominem solum anima constare; Animam scelere admissō, tuniceis pelliceis, hoc est corpore, tamquam vinculo ac compede fuisse constringam, atque inde à Ieremia vincitos nos appellari; ac E animo malorum omnium cauſam esse corpus: Adamantium autem hæc ipsa impugnantem; & hominem, corpore licet & anima constet, animam tamen in Scripturis vocari demonstrantem, eademque Marino regerentem, qua apud Epiphanius Origeni Methodius opposuit.

QVÆSTIO DECIMA.

DE POSTREMO IUDICIO.

F I. Exploratur placitum Origenis de rebus supremo Dei arbitrio iudicandis; II. & de ratione ac loco iudicij postremi.

I. MORTVORVM resurrectionem supremum Dei indicium excipiet. Quo cum ulciscenda sclera, mercede autem donanda sint recte acta & virtutes, idcirco statuta opinatus est Origenes, quæcumque vel recte vel male agendo præmia vel supplicia promereri possunt. Superius autem ostendimus Angelis ipsum, fideibus, ac elementis bene vel male agendi potestatem affixisse. *Futurum est*, inquit Homil. 4. in Ezech. *ut in die iudicij non solum homo, sed etiam universa conditio iudicetur: Omnis quippe creatura congeriabit & condelet.* Tum in hunc rerum iudicandarum censum coniicit Angelos, cœlum, quæque supra & infra cœlum sunt, terram ipsam, & aërem. Qua de opinionē